

De resurrectione domini

las et gravitates terrene molis. Et quia non sufficit fuga tenebrarum nisi affluat lux illuminans. ideo petit illuminatorem cum subiugit. mica. Item dicitur de oculis. unum oculus est duplex. scilicet corporalis qui consistat ex partibus materialibus que sunt caro et nervi. Alius est oculus spiritualis. qui est intellectus secundum quem fiunt operationes ducentes nos ad summam felicitatem. quam auctor petit in fine huius sequentie. cum dicitur. ex huius incolatu seculi.

Pro terminis nota. boni ponit hic substantiavaliter in neutro genere substantiavaliter. Item nota. fides christiana requirit bonum opus. nam Jacobus. dicitur. fides sine operibus mortua est. Item redimere id est quod ornare. Item incolatus est nomen quartae declinationis derivatum ab incolore.

v **I**ctime paschali laudes immolet christiani Agnus redemit oves christus innocens patri reconciliavit peccatores

De auctoritate ponit aliud canticum in quo describit potentiam dei. et primo facit hoc. secundo describit resurrectionis veritatem. tercio subinfert eiusdem resurrectionis credendi probabilitatem. Secundo ibi. dic nobis. Tercium ibi. credens dum est magister. Primo dicit sic (christiani immolet). id est offerre debet (laudes paschali victimae). id est christo qui dicitur paschalis victima. est enim oblatas pro nobis tempore paschali (Agnus) scilicet ipse christus (redemit) id est liberauit ab eterna morte. (oves) pro quibus est occisus. agnus inquam (innocens) id est immaculatus (reconciliavit) id est pacificavit (peccatores) scilicet deo (patri)

Dors et vita duello profligere mirando. duplex vite mortuus regnat vivus

Construe (Dors) id est dyabolus (et vita) id est christus (profligere) id est profligunt. hoc est pugnaverunt. scilicet in ara crucis (mirando) id est mirabili (duello) id est bello. scilicet cum (dixit vite) qui erat (mortuus. regnat vivus) quia in triduo resurrexit ad vitam immortalem. Notandum scribitur primo Machab. iij. Sillus factus est leoni in suis operibus. quibus scribitur commendat iudas machabeus qui post mortem sui patris sumpsit principatum a populo israel. et quibus hec de ipso dicuntur hebraice. tunc de deo sunt scripta prophetice. qui sillus fuit leoni. Unde propter ex phisologo quod leo habet in montibus altissimis et eo descendere debet vestigia pedum suorum cauda sua occultans per hoc ne venator per ea conperiat suorum instrumentum. Sic filius dei occultavit suam resurrectionem quod nullus custodit infidelium quicquid de ea precepit. nisi postquam resurrexit. Secunda prophetas leonis est. quod pueri eius generant mortuo. scilicet in triduo pro rugitu patris reuiuiscunt. Sic christus erat mortuus versus in triduo. et per divinam clementiam patris tertia die resurrexit. et hoc cum rugitu dyabolorum quibus per danda accepit. etiam cum magno rugitu terremotus qui preeruit custodes qui facti sunt velut mortui. vel cum magno rugitu patrum. qui lachrymabili voce clamauerunt. aduenisti desiderabilis. Tercia prophetas quod leo dormiens habet oculos apertos. sic christus habuit oculos apertos. qui nos de prete dyaboli liberavit. unde psalmus. Dormitabit neque

*Hac sequentia
composita est
ab Adamo af-
fecta victoris
no ut tradit
antiquis Marty-
rology Gallicana
in apparatus ad
idem cap. 9. et
ea finem.*